

longissimo tempore præscribuntur: 20. h. Rei tamen usucapio actionem per consequens extinguit. 54. pr. h. Fr. n. 966.

DE EXCEPT. REI VENDIT. ET TRADIT. XXI. 3.

Hæc exceptio est peremptoria, competens emptori, adversus venditorem rei alienæ, qui ex dominio postea acquisitò rem illam vindicat. Est tamen in Emptoris arbitrio, an velit agere actione ex emto, an hæc exceptione tueri. vid. omnino Fr. h.

DE USUR. ET FRUCT. ET CAUS. ET OMNIB. ACCESS. ET MORA. XXII. 1.

Usuræ est pecunia, qua usus sortis sive quantitatis debite estimatur, à debitore creditori præstanda in re ejusdem generis. 32. f. C. h. vid. Perez. in C. h. n. 1. Bach. V. 2. D. 3. th. 2. lit. a. Semper sortem requirunt: vid. 95. §. 1. N. ad L. falsid. junct. 24. de usu & usufr. leg. Est autem sortis ipsa quantitas debita. L. un. §. 4. in f. C. de R. U. A. 58. §. 6. ad Sct. Trebell.

A Dividuntur à fine in * punitorias, quæ præstantur ob moram, vel fidem contractus violatam: 1. §. 1. 17. §. 3. Et hæc interdum exiguntur, licet Creditoris nihil intersit: 38. §. 17. de V. O. * Compensatorias, quæ præstantur propter usum æris alieni, & propter commodum, quod inde creditori decedit, debitori verò accedit: 60. pr. pro soc. 58. §. 6. ad Sct. Trebell. * Lucratorias, quæ exiguntur propter solum lucrum: v. g. cum aut modum compensationis excedimus, aut ab egeno etiam compensatorias exigimus. Serv. h. th. 43.

Dividuntur etiam à Canonistis, in Mordentes, quæ offendunt dilectionem proximi, idque vel propter personam debitoris, vel propter quantitatem usurarum, vel propter iniquitatem creditoris, & Non-Mordentes, quæ exiguntur modò à magistratu præscripto.

Jus naturale eas permittit; dum observat in contractibus proportionem arithmeticam: Hagen. de usur. c. 3. Cloppenburg de fanore. c. 5. 6. Cz. lib. 2. d. 319. ut & Jus divinum, Hahn. h. n. §. pr. (nam Exod. XXII. 25. Levit. XXV. 36. & c. Sermo est de certis subjectis, & de certo modò usurarum, deinde etiam hoc non est Lex moralis, sed forensis. vid. Cloppenb. de fanore. c. 7. 8. Hagen. d. l. c. 2.) ac Canonicum. c. 16. 1. 8. h. (quæ prohibitiones ibi inveniuntur, loquuntur de mordentibus. Hagen. d. l. c. 4. Hahn. p. 60.) De jure hominierno certum est: Ordin. Imper. de anno 1548. & 1577. tit. von weucherlichen Contracten. Recess. deput. de anno 1600. §. so viel nun. Cujus constitutionis sensus etiam omnibus contractibus convenit: Wehn. voce Zins. Cz. p. 2. c. 30. D. L. Hahn. h. n. 11. X 3 De-